

Sammelbd

1  
2  
3  
4  
5  
6  
7  
8  
9  
10  
11  
12  
13  
14  
15  
16  
17  
18



37  
EPISTOLA GRATVLATORIA  
AD  
VIRVM CLARISSIMVM, DOCTISSIMVM  
IOANNEM HENRICVM  
FALKENHAGENIVM

I. V. DOCTOREM  
QVVM DOCTORATVS INSIGNE ACCIPERET  
POST MARTINALIA  
C1010ccliii.

EXARATA,

*Vbi nonnulla subtexta differuntur de Pauli, Apostoli, eruditione pie  
recta ad evangelii emolumentum ejusdemque apologia inter  
adfectiones, qua cum juris beneficio usus, legitur  
praecipue Act. XXIV.*

AB

ADAM FRANCISCO SCHWARTZKOPF  
PASTORE BARTERODENSI

---

GOTTINGAE

TYPIS IOANNIS CHRISTOPHORI LVDOLPHI SCHVLTZII  
ACADEMIAE TYPOGRAPHI,

PISTOLA GRATULATORIA

AD

VIRO CLARISSIMO DOCTISSIMO

IOANNEM HENRICUM

FAALKENHAGENIUM

PH. D. DOCTOREM

QUI IN ACADEMIA VITENSIS ACCEPERE

DOCTURAM ARTIUM

GLORIOSAM

EXIIT

IN ACADEMIA VITENSIS ACADEMIAE

PH. D. DOCTOREM

QUI IN ACADEMIA VITENSIS ACCEPERE

DOCTURAM ARTIUM

AD

ALIAM FR. ANTONII SCHWARTZKOPF

PH. D. DOCTOREM

PH. D. DOCTOREM

QUI IN ACADEMIA VITENSIS ACCEPERE

DOCTURAM ARTIUM





Non uno nomine, neque levi ex causa  
aucupor commendatissimam scriptionis  
adornandae occasionem, Vir praeclaris-  
sime, quam praebet hic ipse articulus  
temporis in ordinem Doctorum Iuris Te allegens  
atque cooptans. Tam grata enim humanitatis Tuae  
recordatio in animo vivit efficitque, ut munere ali-  
quo literario defuncturus ego gratulandi officium  
nemini fere lubentius impertiar, quam Tibi Docto-  
ris titulum paranti, cuius singularis erga me bene-  
volentia peculiariter efflagitat illud officii genus.  
Ex quo totus in literis vivens recto cultu informa-  
tus vivida ac egregia indole ad studium honestis-  
simarum artium accensa doctrinam haud vulgarem

capessivisti, praeclaris conatibus in meliorem partem  
 flectens cursum, quo venti secundi vocarunt, dex-  
 tro successu versatus es in vitae honestate confocia-  
 ta cum Musarum amoenitate, cum qua voluptate  
 nihil comparandum: eodem tenore servato multum  
 ornavisti provinciam luculentis conditionibus sus-  
 ceptam in disciplina commendata gubernandae pri-  
 mariae iuventutis ad fortunae summam spem edu-  
 catae, bene ingeniatae, cui ad quemvis optimum ha-  
 bitum sequaci illam simul instillasti mentem pietatis,  
 incorruptorum morum integritatem juxta ac artium  
 linguarumque, quas exactissime calles, notitiam tra-  
 didisti, felici contubernio copulans, ut generosiori-  
 bus et adjumento & ornamento esse possit, ubi ma-  
 jori cum fructu publicis Academiae recitationibus  
 interfuerint. In hoc adparatu aliis porro, solidae  
 eruditionis speciminibus abunde editis ad eum pro-  
 gressionis gradum pervenisti, ut ad supremos lite-  
 rarios honores eventus metamque attingens jam nunc  
 vestigium figas in aede sanctae Themidos cum lau-  
 de magnaque cum commendatione. Ejusmodi  
 honor ut non ambitiosa temeritate concupiscendus,  
 ita cum iudicio delatus minime est aspernandus, in  
 optimo academiae statu, ubi vel non petenti sed  
 digno acrescat spectabilis ille Doctoratus titulus.  
 Prensans itaque, Vir honoratissime, honesta ambi-  
 tione insigne, bellissimam segetem simul materiem-  
 que uberrimae laudis nancisceris ulterius de republi-  
 ca, in qua Te exerceas, bene promerendi, actas e-  
 nim, tempus rerumque usus multa adfert, praefere-  
 tim cum in felici otio studiorum non uni Tibi sis  
 natus aut institutus.

Qua

Quapropter ego, quo nemo vivit Tui observantior, enitor, ut Tibi meum studium probem et mente conservans memoriam meritorum virtutibus Tuis debitorum nunquam apud me obsolescere aut intercidere sinam. Sine praeviationis, ingrative aut illiberalis hominis nota recte ordineque me facere existimo, si, quanto laeter opere de honoribus cum adplausu Tibi collatis, publice testatum faciam Summumque Numen serio ac diligenter vovens precer, ut solidiori gaudio jubeat Tibi esse propriam illam felicitatem interioribus animi ac doctrinae bonis metiendam. Ne vero sine tessera manum statim de tabula removeam, ubi de Juris Doctoratu adipiscendo graviter disputasti, fiducia subministratur, me minus peccatum largiter contra praeceptiunculas, si filo epistolae longius extenso ultra metas gratulationis porrigam filium & *dieξodmωtēpas* exsequar, quae mecum sum commentatus *iv vnoθērai en addōξω* circa divi Apostoli Pauli historiam sub extremum sere vitae ipsius actum, capite actuum apostolicorum vicésimo quarto, & sequestrata operosa dictione nonnullos flores observationum decerptos legens quasi ex laeta segete manipulum vel ex uberi vindemia racemum deruam, quos sparsit stans in concilio & perorans causam suam coram Iudice, Felice, factus apologeta sui ipsius. Repetundarum lege subnatum mihi argumentum excursoria lectione in rem praesentem me deducit abripitque negotium iuridicum litis sacrae, congruum, ut opinor, praesenti Tuo instituto, Vir undecunq̄ue doctissime, quum eo p̄ hoc puncto temporis super

A 3

differ-

differtatione occuparis pro gradu in utroque tam civili quam canonico Iure defendenda, & meae inter clericos forti conveniens, quo genere uterque non in delectamur. Argumentum puto & personae gravitate commendabile, & rei momento exemplique dignitate utile prorsus ac memorabilius. Quod dum ago, per genium Tuum Musarumque sacra quaeso ac obtestor, faveas ineptienti tantum temporis suffuraturum scholicisque meditamentis nonnihil obturbanti, & pro Tua facilitate mihi minus substomacheris, ubi singula non ad dimensum examussumve exacta separatim neque ad canonum rigorem fuerint dispuncta atque determinata. Non abs re fore autumo, quae ad singularem conditionem eruditionis in Apostolo deprehensae spectant, pauculis rememorare ac praelibare, quae sigillatim rationes Paulum impulerint ad apologiam habendam in ea, quam passus est, persecutione; haud enim fas piūque tantī Viri nomen *ὡς παρόδῳ* venerari; quia organon Dei electum & apostolus gentium fuit.

Paulus patria lege accurate institutus, antequam daret nomen CHRISTO, ita sese gesserat in caeteris vitae partibus, ut singularis exempli Virum repraesentaret, nihil aliud toto vitae cursu meditatus, quam ut sibi optime constaret ratio ante aetate; is ex Pharisaorum secta jam tum pollebat insigni nominis celebritate cum literatorum proceribus, quorum bona portio constituēbat synedrium, interque reliquos populares primore loco pro zelo divinae religionis *ἄλλ' ἔνεκεν ἐπιγνοσιν* eminebat. Apud Pharisaeos nimirum



rum cultura studiorum florebat (a) tantopere, ut dicentur sapientes κατ' ἔξοχην, a quorum quippe auctoritate pendebat populus, qui istorum consiliis inhiabat, ut corvus pabulo, ut rori cicada: non raro autem fieri suevit, ut multo peccetur licentius, si erroris haud defint auctores, maxime quum istos nominis splendor commendat, id quod historia pasfi & cruci adfixi Iesu Nazaraei a Pharisaeorum turba condemnati coarguit. Paulum caeteroquin ingenio, doctrina, iudicio ac amore laudum Virum sui seculi praestantissimum decus quasi & iubar quoddam consummatam perfecti hominis eruditionem gestavisse & ubique circumtulisse velut omnibus calculis primas tenentem, non est, quod ei rei indubitemus; licet haud adstruxerim, directo ad iuris studium, ut nostra aetate moris est, animum ipsum adplicuisse. Locis Scripturae sacrae ex novo foedere passim obviis altiusque perpenis pro praecellentibus doctrinae Paulinae doribus. (quas attemperavit Θεμελιώδεις, ut & reliqua eruditionis dona ceu spolia Aegyptiaca gratiose sanctificavit) loquuntur eminentissima satisque probata documenta & illustria monumenta. Taceo impraesentiarum stupendam linguarum notitiam. Ago DEO meo gratias, ipse perhibet 1. Cor. XIV. 18. quod magis, quam quisquam vestrum linguas teneo peregrinas. Non oscitans lector rerum momenta suis pretiis ponderans facile deprehendit in Paulo, tanquam Viro triti subactique ingenii, gravis atque firmi iudicii δεινός, quot verba, tot tela vibrantem, quando argumentatur, parenthesisum licet is amantissimus ob thesaurum cogitatio

(a) teste Drusio apud Lundium.

tionum concatenatarum quasi maxime luxurians, mirari sane subit, quam argute ratiocinetur! quam sobrie disputet adversariorum argumenta retundens! quam stringenti methodo, elisis spiculis paralogisticis Sophismata ex intimis animi recessibus propullulantia diluat ac refutet, & quasi nitedulas è vepretis prolicitas suffocet! Quis, quaeso, invenire posset argutius? quis colligere nervosius? quis explicare venustius? in quacumque demum partem scientiae Theosophicae sese articulus dissertatus exserat. Quo quidem suo exemplo usum rationis perdocet, ab usum eruditionis respuit. Illa certe perpolitam nobilitatamque scientiarum encyclopaediam indicant ex Ebraeorum scholis haustam relatumque, ac adeo ipsum puriorem philosophandi rationem ingressum ac sequutum ad exercitationem non simulatae, sed verae sapientiae, haud ultimo loco deputandam, qua, si minus superavit, certe paria fecit cum summis ingenii & iis impense doctis. Pro eleganti & excellenti multarum ac reconditarum literarum apparatus, a quo sat instructum artificem se praestitit Paulus, ex compluribus exquisite collectum argumentum evincens sufficiat ac inde sumtum clamitet, quando in inclita graecanicarum Musarum domicilio & quasi oculo, Academiae Atheniensis, in medio vico Martio, Areopago dicto, occupans temporis opportunitatem ingenti animi alacritate contra subiles lubricasque Epicureorum pariter atque Peripateticorum itidemque Stoicorum in disputando perpugnacium contentiones conquiritas, collatis utrinque signis, non exiliter aut ieiune, sed copiose atque graviter de sum-

mis

mis fidei Christianae articulis conflixerit ratiocinationibus ex methodo Apostolica ceu divite penu ac promtuario ex promptis. Merito igitur iureque collegae Petrus priori epistola sua cap. III. commate 16. ceu palma delata fascibusque concessis & submissis in signe encomium donatae sapientiae celebratumque, quod ideo adsequutus esset Paulus, nomen tribuit. Superfedeo inducere, quantum sese artificem praestiterit idem Paulus in pangendo primo clavo aedificandae instruendaeque ecclesiae Christianae & congregationum sacrarum ubi vis gentium, quod opus arduum, qui labor ingenium requirit haud vulgare, imo admirabile, ut harum rerum periti & aequi censes laudant. Quis inficietur? haud dubie multis indicis subductisque rationibus comparent affatim non adumbrata signa, sed expresissima vestigia eruditionis Paulinae, qua orbis literarius assolet florere, qualem nullae simulationes delineare valeant, sed sola simplex & aperta veritas confirmat, in Paulo resedisse ingenium, facundiam, iudicii acrimoniam pluresque interiores animi dotes, perspicuum donum proponendi, quibus accessit ornamentorum colophon, virtus modestiae, quod nemo ad congressum civilior, nemo minus factus aut supercilli prae se tulerit, incolumi maiestate divinae veritatis confitendae & defendendae absque invidia & anxie praecoccupato humano favore, quotiescunque res postulabat, ut pro memoria & gloria Christianae religionis propaganda sese accingeret ad dicendum & scribendum. Quidquid in ipso erat curae, diligentiae, contentionis industriaeque, id omne impensiori studio & praestabiliori opera navata

B

exci

excitabat & excutiebat Vir probitatis modestissimae, quo aetas ea tulit nihil candidius, ut solummodo militaret pro honore hospitatoris IESV, ipsi animas luctu faceret, profusus spiritum quoque pro maiestate CHRISTI regni, tam ingenua professione se devoverat auctori salutis totum, ut cum vitae periculo adfereret decus nominis Christiani. Sed enim vero ut nunquam cessant sycophantae! ut nullum non movent lapidem, quo noceant veri bonique cultoribus! ut mordax vulgo & inamoena res est veritas! quam magnificam aeque ac virtutem probam arduamque comitari solent afflictiones, ut umbrae corpora. O vices rerum mire perverfas? Tanta est perversitas rationis sibi relictae, ut irriterur etiam benefactis ad affligendum optime meritis. Rerum caeterarum omnium saturitas est, tumultuandi satietas nulla contra evangelicam fidem simplicem puram illibatamque. Tolerari quodammodo posset ista persequendi rabies & contradicendi cacoethes in plebeis: sed quod detestandus iste furor occoecet hos, qui sibi alias visis persapientes, a studiis instructiores cultioresque tam naturali lege desciscentes, ut nil nisi atroces minas & iras inexpiabiles concipiunt, spirent, & ebulliant cyclopico more instar simpliciter furiosorum, quorum ira deflagrandi modum nescit, id ipsum est, quod vix credere possis; nisi exemplum academicorum Aët. XVII. 18. XVIII. 28. proffaret. Isti enim ceu stolidissimae barbariei mystae, vaniloqui, refractarii, scientia inflati haud sanae fatis mentis delirant in perniciem suam optime dicta, salubriter consulta & recte facta detorquentes, haud secus ac indocti infirmique

paga-

pagani obrectatores, ut ausi quoque fuerint non solum multa longaque cum contradictione probabiliter disceptare contra merito meridie clariorem solem obloqui, sed etiam vertiginis spiritu transvorsum adacti debacchari, veritatem religionis Christianae impugnatu ac violaturi, indignis conviciis lacerare Paulum, Virum ut literatissimorum sic confessorum doctorumque evangelii facile principem, quo quidem inficii imperitiae amici, ut fues coeno, nihil aliud adsequuti sunt, quam ut victoriam lucis Evangelicae illustrarent, suam stultitiam denobilitarent. Gentiles philosophi aequae ac populares Iudaei de composito proterviam ac procacitatem suam odii plus quam Vatinianis conspirantes designarunt tanquam coniurati hostes optimarum partium, quo quidem genere adversariorum caussae DEI ac religionis nihil contaminatius, nihil acerbius, arrogantius nihil, qui plebem ad rebellionem concitant. Nam sermo vana docentium serpit ad multam impietatem & gangrenae ritu corrodit, pergit impostorum genus in deterius, fallit & fallitur, quorum dementia denique erit omnibus perspicua, quibus non redargutore sed Hippocrate opus, utpote in quibus sanandis opera frustra infumitur, quam carcinomatis & propudis ecclesiae nulla spes superfit emendationis vitae; & tamen tot absurda pestilentiaeque virus occultantia dicta scriptaque sine ulla animi commotione saepe tolerantur. Sed latius ea patent altioris indaginis, quam ut intra huius epistolici argumenti licet copiosi limites possint cogi, unde istae lacrymae, lerna malorum, odium Theologicum? Sed ut eo revertar, un-

de digressus sum, definite ad Pauli negotium, cuius causa in forum criminale deducta erat, sigillatimque quod attinet, impetitur ipse iniustis accusationibus, in eum moluntur, inquirunt vitiligatores hypocritae sub mantili & everriculo multarum malitiarum. Paulus optime sibi conscius neminem laeserat, profuerat omnibus, non ex callido & versuto egerat, pro virili cavens, ne factiosis turbellarum occasionem praerberet: nihilo tamen secius abreptus obtruditur tribunali Felicis praefecti summi, tanquam degener terrae incolae omni conviciorum genere, prout splendida bilis suggerebat, velut pestis detestabilis discerpitur. Et ut nihil speciosi coloris desit, Tertulli phalerata loquentia potius, quam eloquentia mercenaria in subsidium vocatur cum palam scelerata detrahendi libidine, qui per malevolam obtreccionem garrulus varia criminum genera insimulat & impingit, ipseque Tertullus prodit se, quam sit animi corrupti una cum lucumonibus insectantibus. A cuius confortiumque ingenio diversissimus Paulus causam optimam veritatis contendit contra patronum malae causae non optimum Aet. XXIV. quo Paulus liberrima cum indignatione, decenti tamen defensione, extortam apologiam perorat, dumque occultis viribus potens subruit molitiones & machinationes adversariorum, se gerit minus expertem nec exsortem iurium naturae & gentium, Romani, civilis itidemque ecclesiastici. Antea iam alio in loco vius erat beneficio immunitatis ob civitatem Romanam & opportunese extricaverat; ortam alibi contentionem divisamque multitudinem ex parte sibi patrocinantem effecerat: alibi

alibi citra dissidii culpam tumultuandique ardorem ad superius dicasterium interiectu adpellationis litem devolvens exceptione fori declinatoria provocaverat ad Imperatorem melius informandum. Adhuc ergo inauditus spatisque iniquis exclusus, ut ordine decerneretur inquisitio, pia cum eruditione constantique invicti animi tenore statuit fori competentiam interim, atriumque libertatis se tuendi, citra odium & gratiam partium praesupponens iustitiam quae apud barbaros etiam antiquissima semper habita est & sanctissima causaeque suae aequitatem ad oculos demonstrat in apologia, cuius articuli huc collimantes redeunt:

1. Exspectat permissionem declamandi a Praefecto Summate.
2. Exponit perspicue, quo pacto tota res gesta esset, ordinem succincte complexus.
3. Ad *ἀπροσωποληψίαν* Iudicis conscientiam in limine apologiae obstringit decenter.
4. Causae bonitatem, aura ingenii liberioris ferente, sublata tergiversatione, levato velo ostendit; improborum gratiam neque expetens, neque similitatem reformidans.
5. Innocentia sua declarata conscientiae puritatem adlegat modeste, simul effraenem impudentiam hostium infringens.
6. Purgat se de sinistris odiosisque contreraneorum suspicionibus, non dissimulans propriam personae qualitatem: ac licet rerum capitalium fuisset insimulatus insignique adfectus iniuria, sola virtute sua involutus respondet, idque peragit non tun ultuarie, non effervescens, sed servato erecti animi tenore.

7. Provocat ad ipsorummet adversariorum, si quam haberent, conscientiae internam convictionem, cui non ogganire deberent refractarie, innuens simul, quem fronte prae se ferre videri vellent favorem boni verique, id pensi haberent intimo pectoris consensu.
8. Rubore suffundit inimicos optime consulta & cogitata in deteriorem partem rapientes & in sinistram torquentes interpretationem.
9. Falstatem adculpantium diluit, quibus os nullum, quae falstas & impudentia solemniter fere religionis veritatem infectantibus, sub quorum maxillis lentis tamen Paulus mandere cogebatur.
10. Defendit se solitarium, desertus ac destitutus favore plerorumque omnium sine advocato et teste, sine iuramento & tortura, sine exceptione & clausula sine aliove patrono succenturiato vel in consilii societatem adhibito. 2. Tim. IV. 16.

Iam incipiunt adversarii persentiscere, Paulum esse non prorsus elinguem, nec sine lege loqui, nec ἀλήτως versari in causae Evangelicae enarratione apologetica.

Ὁ Κερατῶν Felix similiter se ferri animadvertit taciteque obvinctum ut catenis internae conscientiae a Paulo captivo lorisque vincto, qui putabatur uncturus manus Iudicis (haud aliter enim saepiuscule haec sacra constant) pro redimenda vexa.

Quod si Iudex, incusatores, Tertullus in concilio praesentes huic actui inquisitionis vitia sua in genere



genue fateri corrigereque, quam proterve tueri maluissent, (maluissent autem, si prudentium virorum officio fungi voluissent) dignum iudicassent Paulum, cui rectius monenti honor cum gratia spontanea haberetur, tantum abest, ut ulterius prosequendum existimarent divinum praeconem caeteroquin carum sanctumque de interiori nota; organon Dei electum. Paucis ut expediatur causa: Quotquot sensu aliquo religionis Christianae ducuntur, consentientes habebit Paulus apologeta, gentium Apostolus. Tale ubique temperamentum ipsum, ut nihil perpetraverit commiseritque indignum non solum bono cive, sed & viro forti, inprimis doctore universali evangeliique buccinatore: id enim praecipue uniceque egit conversus, ex Pharisaico factus Christianus, ut ne quid detrimenti caperet resp. potius ut in melius maiusque incrementum ac ornamentum ea proveheretur ad salutem hominum sempiternam. Hisce addere liceat corollaria sequentia:

- 1) DEI providentia & auctoritas suffulcit eruditam pietatem, quo contra haereticos cuiuscunque furfuris, sufficientibus testimoniis convictos, ἀναπελογήτες, facta tecta conservetur veritas Evangelica.
- 2) Afflictio ob nomen CHRISTI subeunda θυμῷ ἀγώνος, quod genus patiendi est nobilissimum sine deprecatione veri honoris aeternum perduraturi. Hic enim gloriosius ducitur adfligi quam persequi.

3) Vni-

3) Univerſo agmini eruditorum ſpeculum politum  
 in Pauli exemplo exhibetur praefertim in coeti-  
 bus eccleſiaſticiſ docentibus, quantum ſanae ra-  
 tionis uſus genuinus diſcrepet ab abuſu eruditionis  
 ſub quocunq; demum methodi habitu ex-  
 feratur a Scepticis, Deiſtis, Socinianis & id genus  
 reliquis promachis pseudotheologis. Nimirum  
 tantum, quantum diſtent aera lupinis, quantum  
 ſolidum crepet aut pictae tectoria linguae. *Καὶ  
 ταῦτα μὲν δι' ταῦτα.*

Quod reliquum, Vir Praeſtantiffime, *ὄν*  
 traducas vitam voveo, qui Te plurimi aeſti-  
 mo, in quo bono omine deſino. Vale &, quod  
 facis, nos amare perſeuera.

Perſcribendam Barterodae Iſis Idibus Novem-  
 bribus **CLXCCCLIII.**





Conscendis cathedram, iam percepturus ho-  
nores,

Quos TIBI promeritos obtulit alma  
Themis.

Sic TV A Calliope doctos pensare labores  
Nititur, & frontem condecorare TVAM.

Adprecor ex animo, Spartam, quam nactus  
es, ornes,

Nec non virtutis praemia digna feras!

*FaLCKenhagenlo DoCtori bene Merenti,  
hoc breui, sed ex tenerrimo mentis ad-  
fectu prolato voto, gratulatur eius  
auunculus amantissimus,*

*I. C. K.*

LIBRARIUS

Concedis cathedram iam percepturam

nos

Quos TIBI promittis operibus suis

Themis

Sic TV A Calliope doctos pensare labores

Nitar, & fontem condere TV AM

Adpreor ex animo, spartam, quam nactus

es, omnes

Nec non virtutis praemia digna ferat

Sal. C. v. b. g. c. d. e. f. g. h. i. j. k. l. m. n. o. p. q. r. s. t. u. v. w. x. y. z.

hoc bene, sed ex tenuitate mentis ab


fecta prole non, gratia, & est


omnium manifestum


L. C. A.













153651

ULB Halle 3  
005 304 504




R

VD17







37

EPISTOLA GRATVLATORIA  
AD  
VIRVM CLARISSIMVM, DOCTISSIMVM  
IOANNEM HENRICVM  
FALKENHAGENIVM

I. V. DOCTOREM  
QVVM DOCTORATVS INSIGNE ACCIPERET  
POST MARTINALIA  
c1o1occliii.

EXARATA,

*Vbi nonnulla subtexta differuntur de Pauli, Apostoli, eruditione pie  
recta ad evangelii emolumentum ejusdemque apologia inter  
adfectiones, qua cum juris beneficio usus, legitur  
praecipue Act. XXIV.*

AB

ADAM FRANCISCO SCHWARTZKOPF  
PASTORE BARTERODENSI

GOTTINGAE

TYPIS IOANNIS CHRISTOPHORI LVDOLPHI SCHVLTZII  
ACADEMIAE TYPOGRAPHI,